



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Ven. Viri Thomæ Malleoli A Kempis, Canonici Regvlaris
Ordinis D. Avgvstini. Opera Omnia**

Thomas <von Kempen>

Dvací, 1625

De consolatione Marthæ. V.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-45790](#)

excusationem. Si quid minus potest in spirituali conuersatione; hoc tu supplere desidera per sancta & deuota exercitia tua. Non tamen ex te illud presumas, aut de te plus quam oportet sapere velis: sed Dei gratia te exhortante interius, bonum charitatis tuæ studium in hoc commendâ, quia omnia bona opera tua ei communicare debebas, quæ plura impedimenta deuotio- nis haber quam tu Soror enim tua es, & illi debes; quidquid boni apud Deum habere vales.

¶ Admonitio Martha.

Audi iterum & tu Martha, quæ solicitaris circa frequens ministerium. Cae ne turberis in opere, & ne deficias in tribulatione: quia satis abundantier & causarum tumultus aduenient tibi, & aduersitatū contra te varietas non deficit. Beata eris, si omnia patienter accipis, & cum gratiarum actione, à Deo esse bona & mala salubriter sentis. Semper igitur tibi opus est patientia atque prudentia; ut per patientiam mala superes, & per prudentiam aliis bona misericorditer impendas, quamvis sint etiam ingratii. Attende tu quibus seruias, & qua mercede laboras. Nonne Christus est, cui te totam contulisti? Eius Martha es, & eius voluntatem facere debes, ne offendas & pecces. Potens est Dominus tibi dare gratiam maiorem, & ostendere etiam gloriam suam; ut quæ tam sedulò & deuotè ei ministras in mundo, tandem iuxta eum recumbas in regno eius.

¶ Consolatio Martha.

EIa Martha, magna erit merces tua in cælo, tantum esto fidelis in ministrando. Propterea serui, fer curam, præpara que opus sunt ad vitam istam: siue in coquina, siue in braxatorio & cellario: siue terendo semina; siue molendo sinapis, siue alterius generis grana. Opus si vile est, tamen precium vita eterna est. Quicquid enim expendis in usum fratrum Christi, reddet tibi iustus iudex in die iudicij. Quando omittis propriam voluntatem & utilitatem aliquam, seu quando postponis spiritualē lectionē propter aliorum necessitatem, tunc enim à Christo hereditatē æternæ vitæ, & ille sit tibi preciosum & firmissimum pignus solutionis æternæ glorie. Vnde Patri sic dicit: *Volo Pater, ut ubi ego sum, illic sis & minister meus.* O Martha, multa potes operari opera bona, si sis voluntaria & parata. Egent seruitio tuo servi Christi, & sine tua cura non senti in Deo liberi. Si tamen vis esse meritiorum opus tuum, fac ex animo bono, & non cum tristitia neque cum tradio. Magnam potes exercere charitatem in fratres, magnam etiam generare lætitiam, dum esuriunt, & sitiunt, nec habent

S f quod

Gen. 27.

quod manducent: & tu subuenis necessitatibus eorum, apponendo ea quae Dominus concessit infirmirati corporis humani. Attende, quid Isaac patriarcha dixerit Esau filio suo: *Tolle (inquit) armam tua, pharetram, arcum tuum. Cumq; venatu aliquid apprehendaris, fac mihi inde pulmentum, ut comedam, & benedicat tibi anima mea.* Similiter benedic te, o Martha, quicunq; recreatus fuerit cibo & potu in nomine Christi per ministerium tuum: nec erit tantum benedictio tua temporalis quædam retributio, sed potius æternæ hereditatis firma perceptio.

§. 6. Admonitio Marie.

Alloquenda est iterum soror Marthæ Maria, ut domi sedeat et meditetur ut columba verba cælestia. Tanto affectu quanto terrena sunt cogita felix Maria, tam suauis gustu sapientiæ tibi interiora bona, ut minus cures exteriorem indigentiam. Minime quoque contristeris, si datur quandoque minus, si sapiat minus, si præparetur tardius, si quid aliud defectuosum fuerit in Marthæ manibus. Non enim parum ipsa edificatur, quod tam sufficiens videaris in necessitate: nec erit ei alio tempore onerosum meliorare, cum Dominus donauerit, considerata patientia tua in tempore, quo non potest. Quanto tu fueris patientior, benignior, & quietior; tanto sorori tuae fit omnis labor leuior, & occupatio tolerabilior. Considerat namque fructum spiritualis incrementi ex te, & consolatur non modicum in suo opere, quia tu pasceris spiritu magis quam carne. Ipsa etiæ gaudet coram Deo, quod tam faciliter contentaris ministerio, ne graueretur super modum: sed parcis laborie eius, ac vacandi orandique indulges largius tempus. Satis reprehensibile esset, ut cum quietiter ambulare deberes, molesta fias etiam laboranti.

§. 7. Increpatio tepide Marie.

In omnibus exhibe te mitem, patientem, deuotam, terrena non curantem: sed Deo unitam, & eius contemplationi crebro intendentem. Alioquin quomodo locum imples Mariæ, si non inuigilas quieti & custodiæ tui? Aut non assumas esse onus gruus iudicij, habere tantum prouidentiam in temporalibus, & minus vacare studiis spiritualibus. Time, ne auferatur pars tua à te propter ingratitudinem tuam, & detur sorori tuae faciens fructus bonos. Quæ huiusmodi est, non dignè fungitur sancto Christo vita; sed expelletur ab omni mox spirituali dulcedine, cina, tamē ex iusta ratione. Sed mirū forte videtur, quomodo aliquid reprehensibile de Maria sentiri possit, quæ à Christo laudari cognoscitur. Hic sciendum est, quod multi in loco sanctorum

stant;